



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VII. Tributa legitimè pendi, eorumqúe modus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

uamina, & ex grauiaminihus opes immensas & ille, & alij collegerint. Sed nunc singula videamus.

CAPVT VII.

Tributa legitime pendī, eorumque modus.

AD accipien- **§. 1.** **A**RGVTE veteres pecuniæ custodem posuere dam citi, ad Saturnum, pigrum, tardum, morosum, qui dandum vero quemadmodum omni lucro Mercurium; ille enim superis pariter gratus, & imis, rapido velocior Euro cum plantaria induit, terras, maria, inferos ad ipsos excurrit, interdum cælos ipsos licitatur, vndiq; congerit; quod nunquam saturata auiditas Saturni recondat. ita est, ad omnem motum, ad omnem occasionem tributa dicitant rerum auidi aulici; & cum virgula sua discurrent Mercurij: de hoc igitur præsidio, non exspoliatio Reipublicæ dicamus.

§. 2. Tributa imperandi potestatis Reipublicæ est concessa, hoc est illi, quæ suprema est. Romæ senatus ius monetæ eudendæ vsurpabat, ideoq; & inscriptio erat, S. C. Hoc est, Senatus consulto, commissa deinde res triumuiris monetilibus, nummum illi sua auctoritate signabant, indicabantq; hisce elementis III. vii. A. A. A. F. F. Triumviri auro, argento, ære flando, feriendo. Huic facultati olim erat additum ius tributū imperandi. Est autē hoc ius maiestatis, nemo enim præter summum magistratum tributa, aut actiones potest exigere. I. 3. c. noua Vectig. instit. non posse. Hoc ius olim nequaquā ciuitatibus communicatum est. Nunc prope omnes principes, & liberæ ciuitates ea vtuntur. Sed mihi non de iure, quod liquidum est, sed de modo agendum.

§. 3. Vectigalia consueta, mediocria, agri publici, tributa, non sunt dimittenda, quamuis decuplo amplius annue conferant, quam in vias, pontes, magistratus, proemia vitorum fortium infumatur. Nam vnus belli apparatus plus auferet, quam multorum pax annorum. Cicero ad Atticum vectigalium immutationem queritur, portoria Italiæ sublata, instantē campani agri diuisione, etiam vicissimam auferendam. Honorius, & Arcadius, Theodosius, & Valentinianus, ne vectigalia minuerentur, prouiderunt. Nero impetu nueni tentauit, sed à prudentibus repressus est, Tac. l. 13. ann. dicitant enim fore, vt vis imperij frangeretur; at illam cogitationem facile excusserunt liberti, qui ad prædam cum inflamarunt.

§. 4. Causa vectigalium debet esse iusta, ita Notitia causa uell. l. 49. Si quis illorum, scilicet magistratum, aut in publicorum tributorum exactione negligenter se gesserit, aut collatores nostros damnis, contumeliosisue oblationibus inuoluerit, simul bonis excidet, simul summo subiicietur supplicio. Etenim Deo auspice, hoc vnum nobis studio est, vt prouincia bonis legibus regantur, tutosq; habitentur, atq; præsidium iustitiæ fruatur. & publica tributa citra querelam inferantur. Impossibile enim est vt sacris tributis non illatis aliqui Reipublica conferretur. Militares namq; copie, assignato sibi salario inde percepto, hostibus resistunt, & collatores à barbarorum incursionibus & truculentia vindicant: deniq; agros atq; ciuitates à latronum alioque modo incompotam vitam sectantium, vt & irruptionibus, agendis excubiis defendunt: ex illis etiam reliqua cohortes, ea quæ ipsis attributa sunt, accipiunt: muri atque ciuitates itidem instaurantur: publicarum balnearum hinc calefactiones procedunt: postremo spectacula, aliaque omnia, quæ ad delectationem singulorum inuenta sunt, ex iisdem curantur: vt quæ ab illis contribuantur, partim in ipsos, partim propter ipsos infumantur & impendantur: nobis autem nihil præter istarum rerum curas habere contingit, non tamen eas mercede vacuas, cum magnus ille Deus, & seruator noster Iesus Christus magnitudine clementie suæ, permultis propter hoc nos bonis remuneretur.

§. 5. Et Nouel. 161. c. de prouinciarum præsidibus c. 2. §. Atq; vt hac ita caueremus lege, ex eo nobis in mentē venit, quod

pluris à nobis sit subditorum opulentia & medela quā reditus, qui exinde inferuntur imperio. Contrahimus enim vna cum largitionib. præsidium in arctum ipsa etiam suffragia, quæ imperialibus inferuntur rationibus: & magnum reddebant pecuniarum cumulum: quo magis hac causa & reipublica meliore successu potatur. & locupletior redeat aliquot retro temporibus, à nonnullis excogitatis prestationibus liberata. Vna enim hæc res potentia nostra studio est, vt prouincia & bonis gubernentur legibus, & tuto inhabitentur, neq; nō ex præsidium iustitiæ fructum capiant, & tributa publica sine querela inferantur: neq; enim aliter conseruare licet Rempubl. nisi pientissime præstationes importentur in publicum, ex quibus & militares nutriatur copia, vt resistatur hostibus, & per agros ac vrbes agantur excubia: perfruuntur item reliqui ordines attributis sibi salariis, reparatur quoq; muri & vrbes, deniq; omnia alia proueniūt, quæ commune subditorum vtilitatē conseruat.

Princeps enim cum præsideat corpori tanquam caput, ratione, & amore in accipiendis à cæteris mēbris annona vti debet; meminisse, se à membris portari, illis languentibus esse se casurum.

Non enim aliud conferre tenentur subditi, quam quod honestæ principis sustentationi, & Reip. præsidio satis est. Nam magistratus tributum accipiunt, vt præsidet, & defensores iustitiæ, nec enim voluntas ea est populi, nec prudenter esse potest, vt tantas opes, nulla, vel exigua sua vtilitate conferant. Recte autem monet & Theologia & iuris scientissimus Joannes de Salas de legib. tract. 14. disp. 15. sect. 10. Difficilimum esse iudicare de iustitia tributū. Difficilimum autem est iudicare, iniustum esse tributum à legitimo principis subditis non exemptis, quia non possunt priuati omnes iudicare de causa, quæ principem mouit ad imponendum tributum: sepe enim est occulta, & iusta: sepe etiam videri potest cessasse, quia temporalis erat, vel certe quia non mandatur executioni, prout statutū vel promissum erat, & nihilominus tributum non statim est iniustum, vel quia alia causa exorta est: vel quia Princeps aliis actionibus, vel oneribus vexatus cogitur cessare ab vno opere, vt aliud magis virgens efficiatur. Deinde ex defectu solius distributionis difficile est damnare tributum, tum quia vix constare potest de forma distribuendi, quando tributum in aliqua materia simpliciter imponitur, & accidentarium est ab illis, vel illis vendi, aut emi: tum etiam, quia si quid maioris oneris redūdet in quasdam personas ex aliquo tributo, solet per alia compensari, vt augendo pretium aliarum rerum. Vnde sola incertitudo causæ, & aliarum conditionum ad iustitiam tributū requisitarum non satis est, vt cesset obligatio soluedi tributum, quia cognitio horum non pertinet ad personas oēs particulares, & Princeps, qui habet prudentiam vniuersalem, multis iustis rationib. moueri potest, quæ non facile possunt cæteris innotescere: vnde dico, dubiū mere negatiuū per se nō satis esse ad excusandum à solutione tributū. Sape enim fundatur in sola ignorantia rationū vel conditionū tributū, q̄ satis non est ob rationem factā, & quia in dubio præsumitur pro principe, nisi alias cōstet esse tyrannū: & alias populares homines obligari nō poterunt: quia ex se semper dubitabunt, nisi in fide maiorū fundentur. Itaq; in incommode cauit Julian. ne per indulgentias tributa concederentur. Si enim nihil vnquam contribuant, vix bellum geri poterit.

Crebra sint potius quā mis diuidatur, ita n. nec graue est, & minor est causa graui.

§. 5. Cum opus est tributo nouo, paruis potius summis diuidatur, ita n. nec graue est, & minor est causa graui. sagacibus ad furta ministris. Cypselus impio se voto obstrinxerat, omnes Corinthiorū fortunas se sacratum, leni tamen imperio id fecit, nam decimam sacrauit, atq; ita decimo demum anno se voto exoluit. itaq; iniustum tributum fuit etiam ex modo petendi, quod Antonio pendebatur ab Asia, cum ait: Ne vrrib. (Appian. l. 5. ciuil.) agrisq; pellamini, pecunia dāda est in vsum militum: nec ea maxima, sed quæ audita libenter acquiescat. Deditis hostibus nostris, Caspio & Bruto, in duob. annis tributa decem annorum: ea susecimus: & nobis, nisi quod danda sunt in vno annō. Exemplo fuit C. Sulla, qui bello Mithridatico imperauit quinque annorū vectigalia, sed statim danda.

danda. Hic annorum proportio non seruatur, & necessesse est pauperes omnibus bonis eueri. Aurea sententia est Soarez l. 15. c. 16. 1. Nam si imponatur, super rem immobilem, non debet excedere quantitatem moderatam, consideratis fructibus eius, & laboribus, ac expensis, quae circa illam fiunt: nam si in hoc tributum sit nimis onerosum, plane erit iniustum. Si autem imponatur super res mobiles, quae venduntur & emuntur, vel arte fiunt, obseruari debet, ne tales sint huiusmodi res, vel tantum & non magnum tributum, ut redundet in maius onus pauperum, & artificum, aut mercatorum, quam possint sustinere commode ad vitam & familiam sustentandam.

Onera cuiq;
pro facultate
imponenda.

§. 6. Vectigal pro ratione census, facultatumq; cuiusq; exigatur. Alioquin necesse est pauperes deglubi, non tonderi, quod ne Tiberius quidem avarorum crudelissimus, crudelium avarissimus voluit. nam radices excidit tales, ne recrescant olera. Hinc & Seruius apud Romanos censum instituit, ut est apud Liu. Florū, alios. Prima classis, centum millium aris, secunda 70000. tertia 50000. quarta 25000. quinta 11000. Minor census siue sexta classis reliquam turbam continebat. Equester census alius erat. Eadem ratio apud Athenienses. Demosth. de munerib. Cato auares censum egit. l. 39. quāquam quādam recte, ut ornamenta censeret. Nam id nunc quoq; recte facit, qui ornamenta, & vestem mulieribus potius censet, quam agellos, & saxa rusticorum; nam ad facultates & ista pertinent. Hic etiam habenda ratio rerū, quibus vectigal imponitur, nam vectigalia, quae rebus, quae causa negotiationis deferuntur, imposita sunt, extenduntur per iniustitiam ad ea quae in vīu sunt, quod prohibetur l. vniuersi & l. omnium. e. de vectig. Turca in speciem paruum tributum exigit, cum bellum in Christianos meditatur, à singulis ducatum, sed alio suo onere premit.

Aerarium
est cor reip.

§. 7. Aerarium est bonorum publicorum collectio, fiscus interdum dicitur; nam priuatum principis patrimonium dici aerarium raro solet. Aerarium publicum non est proprie principis patrimonium, nec pleno iure eo pot vti, nisi ad vsum publicū. Magna laus principis priuato fisco detrachere, & publicū augere. ita Hadrian. teste Spartiano, Dānatorum bona in fiscum priuatum redigi veruit, omni summa in aerarium publicum recepta. Minyas rex ut testatur Plin. l. 33. c. 3. Paulan. Bæot. l. 9. primus aerarium adificasse dicitur, sed inter barbaros; iam olim constructa erant aeraria in Aegypto. itaq; recte Soarez noster l. 5. de leg. c. 13. Soluenda tributa realia censet ex iustitia commutatiua. Imo recte docet ibid. §. 9. Quia debitum alendi regis, & onera publica sustentandi est naturale, & tributum lege iusta impositum est medium iustitiae.

Potius opera,
& com-
meatus, quā
nummi exi-
gendi.

§. 8. Cum bellum immanes & incerti sumptus sustinendi sunt, viros, equos, naues iniungi potest; omnia enim haec facilius tolerant, quam pecuniae collatione. Angariam vocant hoc genus tributū, cum labor personarum, equorum, bouum postulat. Qua tamen in re cauendum, ne opere publico tempore arationis, messis, vindemiae, nundinarum exigatur, quod crebro faciunt ministri, ut pecuniam eliciant. Deinde ne procul vehere cogatur vīna, frumenta, aliaq; quae praxi Verres utebatur. & nunc nō nesciunt principū mercuriales. v. g. debetur principi cētū vīni plaustra, aestimatur carissime, vīnū nō pecuniam tradere subditi volūt, at in longinqua vehere iubetur, tempore occupatissimo aut pluuio.

Fraudes se-
per publicis
interven-
iunt.

§. 9. Cauendum ne furta ministrorum interueniant; nusquam grauius delinquitur. Ducta millia talentū Asiae Antonius, & Dolabella imperarunt, alterum tantum accreuit auaritia, fraudibusq; publicanorum. Hodie quoq; cum in contributionem cōsentiant, additamenta pro collectoribus nimis grandia adiunguntur. Quantum error in his rebus committatur docent oculi; ministri enim pleriq; qui rei pecuniariae admoventur, quamuis instar siccissimarum spongia-

rum tenues sint, & exsucci, instar bouū quas vidit Phalarao, deformes, & macie confectas, ut nunquam similes viderit in Aegypto, breui tamē impinguantur, quāuis ad incitas principes redigatur. Arbitratur Lipius principum quo publicanos in Caesarū prouinciis non fuisse, nimium enim seueiebāt, Julius eorum iniurias, & iniurias ipsos fustulit, & permisit fructus colligere ab agricolis, & tributa induxit. Exempla Verrina multa sunt, quae hodie maiore exitio repetuntur.

§. 10. Maior etiam error est, cum oppignorantur vectigalia, aut proceribus donantur. Correxerat re Henricus 3. rex Castellae. Historia, quia hodie eadem executio necessaria est, sic habet ex Mariana l. 3. c. 7. Id secutus Henricus eo nomine tertius Castellae rex, cui excelsus animus fuit, maior aetate, prudentia, vectigalia à proceribus occupata, memorabili exemplo liberauit. Burgis, quae vrbs in veteri Castellae est, minor annis morabatur, seq. aucupio coturnicum oblectare solitus erat. Accidit ut ad multam diem aliquando in aulam rediret sessus mora, sessus labore, nihil obsonij paratum erat. appellatus de ea re regius obsonator renuntiauit, non tantum pecuniam regiam, sed fidem etiam consumptam. Rex in presenti dolore dissimulato, oppignorato pallio, arctinas carnes emi iubet: ex ijs & capris coturnicibus prandium omnino parari. Audit inter prandendum meliori conditione proceres agere. quotidie inter se lausissima conuiuia frequentare omni alia cura solutos, certare luxu & splendore mensarum. Forte ea nocte apud Toletanum Archiepiscopum Petrum Tenorium cenabatur. adeit inuoluto capite rex. omnia videt letitia & delicijs redundare. peracta cena pro se quemcumq; narrare, quantum reddituum ex paternis oppidis, quantum ex regijs vectigalibus quotannis perciperet. Postera die rex vindicta audis, & certus finitibus graui se morbo implicatum teneri, suprema mandata velle dare, ea denuntiatione proceres festini & pauidi, diuersi in arce conueniunt, ij exclusi famulis, ut erat iussum, admittuntur, consistuntq; ad multam in conatione diem, mora causam mirantes. Rex tandem ad proceres ferro reclusus, districto ense ingreditur. Cum pānefactus eo aspectu omnibus asseisset, irato similis toruo aspectu rogat ex proceribus, quorū singuli reges in prouincia vidissent, quibusdam duos, alijs tres aut quatuor, ut cuiusq; erat aetas, respondētibus. Equidem inquit, verum est quod dixisti, cum ego hac aetate vixi nihilominus in Castellae reges nouerim? mirantibus dicti causam atq; suspensis animis quorsum res easura esset, exspectantibus. Vos, inquit, omnes, vos, inquam, reges estis. regni arcibus & copijs occupatis mihimane nomen, sor des & egestatem reliquistis. an idonea causa videatur cur nos ludibrio habeatis? Sed ne amplius faciatis vestrum munus capitibus sanciam. Simul quae ad supplicium postulabat, parari affert, iubet. Contenta voce licetores euocat, militesq; sex cētos, quos arcano paratos habebat. Aliis attonitis metu, Toletanus Archiepiscopus, ut erat magno animo, in genua procumbens lachrymis toto ore manantibus veniam precatur: idem eius exemplo ceteri faciunt. Mortis metu persusis & supplicibus veniam dat: neq; ex arce tamen ante vnum & alterū mensem dimitti placuit. Quo spacio arces & vectigalia regi tradere compulsi sunt. ita ille supra annos animumq; gerens, curaque virilem. Nec minus turpe est in principis voluptates assumi, quam in luxum procerum. Publicum est enim non principis patrimonium.

Proceres a-
uari sangui-
nem reipub.
exigunt.

O quē mul-
tis hoc prin-
cipibus est
faciendum!

§. 11. Multorum est & prudentissimorum consilium, ut vectigalia patriae cōmodo instituantur, quae ea moderatione fieri potest, ut sint magna, nec vliū tamen grauent, aut molestant. Si in merces cōmunes, necessarias, viles, portoria nulla vel exigua statuuntur, in res inutiles, noxias, preciosas, line quibus hoc vitae quodcumq; est bene degitur multa & grauiā, imo in ipsos artifices. Vere Bodin. l. 6. de rep. c. 2. Vectigal Deo gratissimū, regi beneficissimū, subditis vtilissimū, quibus imponitur, quae ad mores corrumpendos faciunt. Memini vidisse me in locis, ubi cereuisiae vīus est, & vīni raritas, tertiam vīni partem Reip. pendī, quia vinum necessarium ciuibz suis esse negant. Graui itaq; tributo eos, quod faccarū, aromata non necessaria, illecebras Indica-

Salubris est
pena, cum
luxus tribu-
tis acceditur

Tribus
colle-
cent
his cap-
endi.

tarum deliciarum conditura vendunt, premere, est
ere ciuitatis, nec minus dulciarios, cupediarios, vini
peregrini caupones, cum moribus obliu plurimum
exactionibus tenuare iustum est. Quin purpure, pan-
no bombycino, sericis segmentis, attalidis peristrom-
atis, auratis valis nunquam iniquum facile vecti-
gal imponere Respublica, cum melius pecunia im-
pendatur ad iuuandam publicam salutem quam ad
deprauandos luxu mores. Sane Romani Arabicis
mercibus, vinonibus, & margaritis ingentia vecti-
galia imposuerunt. Hoc à Romanis præstitum. Cicero
in Verr. queritur socios ex Veris exportationibus
perdidisse sexaginta HS. (Lipio 1500. Philippæ) id-
que ex vicefima portus tantum Syraculani. En vice-
simam in portorio. Apud Iustin. octaua datur, & o-
ctauarij vocantur, qui exigunt. In Quint. & Sym-
macho, quadragesima. Optime Lipius grauius vec-
tigal soluisse quæ ad delicias magis & pompas inue-
ctæ, quam vium. Cæsar peregrinarum mercium
vectigal instituit, credo ante fuisse, sed portoria aucta
à Cæsare. Hac mente fuit Alexander Seuerus, qui
Brachionum, linteonum, citrariorum, pellionum,
plauitatorum, argentariorum, aurificum & aliarum
artium vectigal instituit; si inutium, recte. Vtinam
& Cithædorum, & aliorum qui iuuentutem cor-
rumpunt.

§.12. Omnibus etiam peregrinis mercibus non
necessarijs, non tamen inutilibus, maiora vectigalia
imponent; sic enim pecunia in prouincia manebit,
nempe panno Anglicano, pellibus satmaticis, vinis
Valconicis, similibusque, nam si vera audire, & dice-
re volumus, quid est quod exteræ regiones Germa-
niæ adferunt, quo carere non possit, si forte pisces, &
caecos Hollandicos excipias, cur igitur tot miliones
hinc auferunt peregrinarum mercium infinitores?
Animosum principem quæro, qui ista tollat, aut par-
cum, qui inde ditescat. Plin. l. 11. c. 1. Arabiam, Indiam,
Seras milies HS. imperio auferre, (duos miliones
& semis) idem l. 6. c. 23. eas merces centuplicato ve-
nire. Causæ plures, sed primaria portorij magnitudo.
Quid enim si centuplicato veniant, nonne ex illis
ducenti quinquaginta miliones conficiebantur?
Quod in iter quinquaginta miliones impenderent,
ex duobus & medio centum lucrentur, quid ma-
gni si Reipub. centum miliones conferant, non po-
test de hac re queri luxus eorum, qui illa ad ostenta-
tionem centuplicato emunt, nec negotiatoribus la-
bor improbus, qui stultorum vitijs alimenta peregrina
ministrat. Per luxum in precia illa itum est.

§.13. Cum autem tributa per harpyias, & hiru-
dines populi crebro augeantur, cum labores populi,
sudoresq; in sua præmia vertant, in principis odia &
execrationes concitent, cura adhibenda est, vt que-
relas suorum cognoscat princeps; & rationem à pro-
curatoribus exigat, minutatimq; describi curet, quid
sit à singulis impensum. Quod si quis plus exegisse
inuentus sit tanquam proditor principis puniatur.
Quod non modo de magnitudine pecuniæ acrerum
intelligo, sed etiam de monetâ, quam asperam, ad li-
bellam cum fastidio exigunt, nec communi precio,
vt pauperes vix inuenire nummos, quos habent, fu-
ribus illis idoneos queant. Verum contra hos omnia
regna clamant, & illi tamen discedunt. Itaq; Consi-
lium meum est, vt ad certos delectos à populo viros
integre fidei deferantur omnia, illique præfente ma-
gistratu Regi tradant.

Hoc consilium integrum Franciæ regnum proba-
uit, vt refert Bodinus, se n. comitijs interfuisse apud
Tectosages, cū supplicaretur Henric. II. Galliarum Re-
gi, vt fraudatores, & auiscatores remoueret: se inte-
gra fide, ad diem omnia tributa repræsentaturos, in eam
etiam regni partem, quam rex designaret, delaturos;

hoc regi, & populo expedire. Probauit consilium
rex, sed fucatis argumentis à sententia abductus, æra-
rium, & subditos coactoribus reliquit agitando; nam
non modo plus exigebant, sed minus etiam redde-
bant, regi, & regno ex æquo infidi. Multo animosius
Rithardus Britannia Rex, qui eos noxæ conuictos
ultimo supplicio affecit. Antoninus Pius eam mode-
ratione suis præcepit. Procuratores enim suos modeste su-
scipere tributa iussit: excedentes modum, rationem factorum
suorum reddere præcepit: nec unquam latatus est lucro, quo pro-
uincialis oppressus est. Contra procuratores suos conquerentes
libenter audiuit. Contrarium fecit pro ingenio suo Ca-
ligula. Vectigalia noua atq; inaudita primū per publicanos,
deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque
ptorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso,
cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulis, quæ tota vrbe ve-
nirent, certum statumq; exigebatur. Pro litibus atq; iudicijs
vbiuq; conceptis, quadragesima summa, de qua litigaretur,
nec sine pena, si quis composuisse, vel donasse negotium conuince-
retur. Ex regularum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis
prostitutarum quantum quæq; vno concubitu mereret. Addi-
tumq; ad caput legis, vt tenerentur publico, & qua meretriciū
quæue lenocinium fecissent, nec non & matrimonia obnoxia
essent. Ingens bellum dura & iniqua exactio dedit, de
quo Tacitus l. 4. ann. Tributum iis Drusus iusserat modi-
cum, pro angustia rerū, vt in vsus militares, coria bouum pende-
rent, non intentæ cuiusquam cura, quæ firmitudo, quæ mensu-
ra: donec Olenius è primipilaribus, regendis Erisis impositus,
terga Vrorum dilegit, quorum ad formam acciperentur. Id alijs
quoq; nationibus arduum apud Germanos difficiliter toleraba-
tur, q; ingentium belluarum feraces saltus, modica domi ar-
menta sunt. ac primo boves ipsos, mox agros, postremo corpora
coniugum aut liberorum, seruitio tradebant. Hinc ira & que-
stus. & postquam non subueniebat, remedium ex bello, rapti
qui tributo aderat milites, & patibulo adfixi. Olenius in sen-
sus fuga puenit, receptus castello cui nomen Fleui: & haud sper-
nenda illic ciuium, sociorumq; manus litore Oceani præside-
bat. Nec minore fuit periculo Claudius, de quo Suet.
Tranq. Clau. Cæsar: Parrem etiam census omnes ordines
conferre iussit, & insuper inquilinos priuatarum adium atque
insularum pensionem annuam repræsentare fisco. Exegitque
ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum
pulsulatum, aurum obryzum, vt plerique omnem collationem
palam recusarent, consensu flagitantes, à debitoribus potius
reuocanda præmia quæcumque cepissent.

§.14. Placet veterum Romanorum in prouiden-
dis temporum difficultatibus sapientia; Triplex illi
ærarium habuerunt, primum q; sacrum dixerunt in
æde Saturni, loco munificissimo, cuius auctore laudat
Valerium Publicolam, in eodē loco tabulæ, signa mi-
litaria, leges, & senatus consulta seruabantur, in hoc
ærarium vicefima conferebantur, eratq; ad extrema
Reipub. tempora reseruatum, nam tempore Punici
belli secundi apertum est, Fabio quintum, & Flacco
quartum Coss. Deinde tempore ciuilib. libelli. Ater-
num erat tantum bello Gallico destinatum App. l. 2.
de bell. ciuilib. Tertium erat opulentissimum, in quo
ciuium, sociorum tributa, vectigalia, prædæ, census
populi, hoc Cæsar spoliavit, vt Lucanus refert.

Tunc conditus imo

Eruitur templo, multis intactus ab annis
Romani census populi, quem pumica bella,
Quem dederat Perses, quem tui præda Philippi
Quod tibi Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quod te Fabricius regi non vendidit auro,
Quicquid parcorum mores seruastis auorum.
Quod dices Asia populi misere tributum.
Victorq; dedit Mmoia Creta Metello:
Quod Cato longinqua vexit super aquora Cypra.
Tunc orientis opes, captorumque vltima regum
Quæ Pompeianis prælatæ est gaza triumphis
Egeritur, tristi spoliantur templarumina.

Aaa 4

Sed

Ærarium
multiplex,
vt clarius
constet, ra-
tio.

Tributorum
collectores
centum octi
lis custodi-
endi.

Sed nec sanctiori arario pepercit, cū pecuniā egeret, & summa pericula infare non ignoraret; superaret enim Hispanica, Pharfalica, Africana pugna, & vltima ad Mundam prœlia. Recte omnino fecerint Respublicæ, si loco munito quem adire sine procerum consensu, ne principi quidem liceret, thesaurum in vltimos casus recondent.

Timor fu-
rum cautos
non negli-
gentes facit.

Fructu itaque disputatur à politicis recens natis, an expediat in Republica thesaurum asseruari. nam quemadmodum in familia multum prodest præsentem pecuniam tempestive omnia comparare, nec deesse occasionebus, ita in Republica est necesse. Hac de causa Davidis thesauros non arce modo, sed in urbibus, vicis & turribus legitimus, Ezechiae quoque, & aliorum: Pharaoni qui non noverat Ioseph, Hebræi ædificaverunt vrbes **משכנות** tabernaculorum, seu thesaurorum; nam in quibus thesauri, in iisdem erant & militum præsidia seu tentoria. Nam quod aiunt posse ab hoste, vel seditionis occupari opes publicas, & patriam suis diuitijs opprimi, dilutum est; Neque enim quisquid ideo pecuniam negligit, quia furibis domus obnoxia est; Eo argumento convincerent, non oppida, non arces, non portus muniendos, imo nec priuatim opes habendas, ne habeat hostis aut malus civis quo patriæ noceat. Vigilandum est, & cum pericula instant, munienda vrbes thesaurorum, quæ fortes fidæque esse debent. Atheniensium consilium non probo, qui Delphis thesaurum habebât, qui sola superstitione tutus erat, quem hostis vel atheus, vel faceris facile mutuo ab Apolline acciperet. Brenno, vel Dionysio, aut certe Diagora opus erat. Nam commune ararium Græci in Delo tenebat, singulæ vrbes sibi propriæ.

Augustus prudentissime scorum ararium militare constituit; Suetonius c. 99. *Quicquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum pramiorumque formulam abstrinxit, definitis pro gradu cuiusque, & temporis militiae & commodis missionum: ne aut etate aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Utque perpetuo, sine difficultate sumptus ad tuendos eos, proseguendoque suppeteret, ararium militare cum vectigalibus novis constituit.*

Prudens consilium, nam ceteræ expensæ in magnifratu, in opera, in munera ordinaria erant, & perpetua, bellum magnos, subitos, incertos sumptus postulat, atque ut erat late patens imperium, diuersis in partibus eodem tempore bellum gerebatur. Hoc ararium primo constabat collatione Vicefimarum, quæ ex legatis, & hereditatibus dabantur, nisi essent sanguine iuncti, aut pauperes. Magnum hoc tributum fuit in tam magno Imperio, sed iniquum, quia alia veltigalia sufficiebant alendo exercitui, sed in ludos, faginam, populum, arcnæ crudelitatem absumebantur. Addita vicellima quinta mancipiorum, quod maximum etiam omnino, inter tot myriadas venaliorum, & crebra mutatione, & precio quæ optime considerat Lipsius l. 2. de magnitudin. Roman. addita his centesima rerum venalium. Aerarij illa separatio probanda est, sed nouæ exactiones necessariæ non fuerunt. Persarum Reges liquefactum aurum, & argentum fictilibus vasis infundebant, Herod. l. 3. nec diuersum ararium habuerunt militia & pacis. Ne autem rationes conturbentur, atque ut maneat quod destinatum est ad extremos casus integrum, expedit esse separata quæ extra ordinem impendi debent.

Decimæ
frugum.

§. 15. Romana vectigalia Lipsius docet fuisse è decumis, è pastione, è portoriis. Primum frumenti decumam accipiebant, App. 1. civil. & constat ex

Verrinis. Hæc fere in vidtis populis & agris. De plan-
tarijs & arboretis, quintam carpebant. De passione
certo precio conveniebant, nam publicanus agrum
elocabat, & rationes conficiebat, ideo ager scriptu-
rarius, & vectigal illud scriptura dicebatur. Exre-
bus inuehendis aut euehendis, magnum compen-
dium etiam conficiebatur; Hæc iusta erant, si ho-
stium victorum agris imposita, & iusto bello. Hi-
spani inter hos & Afri, quin & Galli pessima con-
ditione fuere, agri ipsorum centi grauius, & ca-
pita.

*Quinta ar-
borum.*

*Vitis dura
seruitus
imposita.*

Quinta ar-
borum.

Victis dura
seruitus
imposita.

Capitatio
gravis cen-
sus.

Capitationem vocabant, graue fuiffé conftat, Lampridius ait eos qui fub Heliogabalo decem aureos præftiterant, fub Alexandro tertiam auri partem præftitiſſe. Ex cenſu illo numerum capitum nouerant. Iofephus in *Aegypto* 750. myriadas hominum ait, idque ex tributo quod in capita finguli pendebant, liquere. Auguſtus illa omnia adornauit, & auxit. Vefpafianus omnibus prouincijs tributa auxit, quibufdam duplicauit, vt Suetonius ait. Hæc magnam partem iniquiſſima fuerunt, cum non modo tanta darentur; ſed acerbiffime exigenterentur.

§. 16. Principi igitur Christiano agendum est, ut tributa partim tollat, partim moderetur, atque ad veterem rationem deducat. Seruij instituto tenuerit tributum erat, auxit Tarquinius, sed iterum ad priscam formam reductum est. Diu deinde obseruatum, vt diuites censum, pauperes operas conferrent. Nunc in Germania tributa crescunt, quia in magna diffidentia, se muniunt singuli: quod si eam pecuniam iunctis animis contra Turcam impenderent, quâ se mutuo terrent, omnes duplo sibi ampliores ditiones comparare possent. Itaque & subditi grauantur, nec tamen araria implentur, cum ille vnus sit finis tributorum, ne tempore belli pauperes grauentur.

Germania
tributis
gravatur.

§. 17. Cum vero legitime tributa exiguntur, negare illa iniustum est; itaque poena à Scruio statuta vincula, & mors, vt ait Lilius, Halicarnassæus, lege cautum fuisse, vt publicatis bonis verberati venderentur, si professionem elusissent, aut minoris bona sua existimari voluissent. Zonaras ait eos, qui se, aut bona ad censum non detulissent, ipsos à Consulibus, bona à Conforibus vendenda. Herodorus Persæ eadem cautela egisse testatur lib. 3. Darius enim tributa distinxit, & annua 14560. talenta Euboica corrasit, forte non magna casumina exercitui alendo. sed facile excusantur qui iusto bello victis gentibus tributa imponunt, sic Ioatham Ammonitis imperauit centum talenta argenti, & tritici hordeique decem cororum millia.

§. 18. Tres condiciones sunt tributi, vt iustum sit. Potestas, causa, proportio. Horum si quippiam desit, non obligat tributum. Potestas est in Principe supremo, causa est necessitas publica; proportio vt tributum respondeat facultatibus. His positis conditionibus iudico cum nostro Ioanne de Salas tract. 14. disput. 15. sect. 10. Omnes obligari ad soluenda tributa, ita sentium, quos ille citat, Gabriel 4. dist. 15. quest. 5 articulo 2. Antoninus 2. parte tituli. 1. c. 15. Syluester verbo gabella questio. 8. Medina de restructur. questio. 13. & sequentibus. Castro 1. de lege penali c. 10. versus finem, Corduba in summa q. 95. Hostiensis 3. summatit. c. 13. de censibus, & ex quibus causis Panormitanus cum aliis in cap. in nouamus de censibus. Conarruuius regul. peccatum parte 2. §. 5. nu. 5 vbi ideo obligat mercatores, vendentes, ementes, & transportantes merces ad se manifestandum & offerendum publicanis & exactoribus. Fundamentum est, quia tributum non est pena, sed verum debitum fundatum in verotitilo iustitie: quisquis autem tenetur solvere debitum sine vlla coactione, vel exactione.

Imo licet occultum sit, tenetur manifestare creditori, vel soluere: unde Matth. 17. reddite quae sunt Caesaris, Caesar; scilicet tributa, ut omnes intelligant, & Rom. 13. reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, &c. Item tributa sunt velut stipendium iustum, quod Regi datur propter ministerium, & expensas necessarias ad defendendam & gubernandam Rempublicam. Dignus autem est mercenarius mercede sua, nec alligandum os boni tritorum: eadem ratione decima debentur, licet non pellantur, quia sunt iustum stipendium, & debita sustentatio ministrorum: Rex autem est minister Dei pro Repub. Rom. 13.

Non expellenda coactio.

E ratio manifesta conuincit. Principes enim ius habet imperandi, ergo cum legitimum est imperium, parendum est; nam quod multi contendunt, tum deum, cum rigore exigitur, soluendum, quia cum poenas adiungant, videntur esse poenales duntaxat, deinde alioqui conscientijs magnus laqueus inijceretur. Haec, inquam, rationes nihil efficiunt, nam etiam si poena cum lege ponatur, nihilominus tamen conscientiam obligat; absurdum sane foret, principem legitimum, vectigalia iusta ad Reipub. necessitates eo adducere, ut non pareatur, nisi rigore, armata manu, rigidis minis exigit; Hoc est, principes nolle clementes esse, & comes. Bono principi nullus sit magnus honor exhiberi potest, & tu cum pro te excubante in deferes, nec nisi malo coactus adiuuabis? Deinde si legitime debes, non ergo est expectanda exactio rigorosa. Ut enim ipse rigore exigit, tu effis resistendo, & velut malum nomen non patieris expungi, nisi vi, aut iure agatur. Denique periculum in mora est, crebro, cum non succurritur mature, alij qui prompti sunt, offenduntur. Itaque auctores qui aliter sentiunt periculose, & forte seditiose errant, si de iure quaratur; sed credo potius eos, ita sentire de tributis quae passim sine necessitate imponuntur, de quibus accusari solent consiliarij principum, populi hirudines, sed vere damnantur ipsi principes.

A tributis eximere non licet sine iusta causa.

§. 19. A tributis iustis exceptio sine iusta causa darrinali modo debet. Nam id dupliciter fieri potest; Primo, ut princeps tributum illi remittat, quod cum sine iusta causa facit, partim prodigalitate, partim iniustitia delinquit, quia debito praedio Rempublicam priuat, quod posterius genus maxime locum in eo habet vectigali, quod non principi, sed Reipublicae impendendum est. Quod si vero certalunna toti Reipublicae, vel ciuitati imperata sit, princeps non potest aliquos eximere, & in reliquos onus inclinare, etsi enim singuli parum detrimenti sentiant, omnes tamen laeduntur, immo omnibus contra ius summa imponitur, atque ex eo peccatum mortale oritur. Nam si quis per merum ab incolis alicuius ditionis centum aureos extorqueat, quamuis illa multitudo sit, ut singuli tantum denarium pendant, iniuria tamen grauis est, & centum aureos restituere tenetur. Par est hic, quantum ad obligationem pertinet, ratio. Nam princeps quod vnus soluere tenetur, a ceteris exigit. Multum autem sane refert, cuiusmodi exemptiones non concedi, quod si princeps quorundam importunitate vrgetur, ipse vel obligationem suam ostendat, vel de priuato patrimonio satisfaciatur. Quod moneo propter quosdam, qui principes ad colligenda tributa semper excitant, & cum ad rem ventum est, immunitatem suis praedijs impudentissime postulant. Quanquam & alio scelere huius criminis infamiam redimunt, nam in tributis colligendis id agunt, ut semper aliquid pro honorario principis super sit, quod deinde ipsis donatur, qui ex suis possessionibus vectigalia pependisse gloriantur.

Primo onus in alios trahere non licet.

Tributa immunitatem.

§. 20. Non modo causam requirunt tributa, illa quae publicae rei causa dantur, sed etiam cessan-

te causa cessant, ni alia causa successerit; nam quae principi ad sumptus, & pro laboribus dantur, libera manent. Damnabilis omnino est continuatio tributi, cum causa cessarit. Soarez noster ita definit l. 5. de leg. c. 15. §. 5. 6. Circa hanc conditionem est considerandum: si loquamur de tributis; quae penduntur ipsi Regi ad suos sumptus, & propter suos labores, & vigilias: talium tributorum iustitiam non pendere ex usu: nam siue male, siue bene Rex postea expendat tales redditus, non erit iniustus accipiendo tributa, quia vere est Dominus illorum, & de illis potest libere dispensare, siue iniustitia, dummodo suo muneri satisfaciatur, gubernando, & defendendo Rempublicam, sicut tenetur. Alioqui si in hoc deficiat, iniuste accipiet, & retinebit haec tributa, quae propter officium dantur, & sunt tanquam merces operis, quam iniuste accipit, qui non laborat. Si vero loquamur de tributis impositis ad opera communia Reipublicae, de his clarum est, debere expendi in talia opera, aliis committi fraudem & iniustitiam, quae potius est in acceptance & retentione illius, quam in impositione. Nam hac potuit esse iusta, si reuera causa suberat; postea vero acceptio vel retentio fit iniusta ex defectu debiti usus. Necessarium ergo est, ut tributum expendatur in opus, propter quod impositum est, nam illius tributum non fit proprie Rex Dominus, sed dispensator. Vnde ad summum poterit interdum, quando vera necessitas occurrerit, commutare illud in aliud opus, pertinens etiam ad communem regni, vel populi vtilitatem. Nam quoad hoc habet supremam potestatem, & administrationem. Ex quo vltius inferitur, tributum pendere (ut sic dicam) a causa in fieri & conseruari. Nam si causa necessaria ad iustitiam tituli, non potest plus durare tributum, quam causa. Quia cessante causa (vique necessaria, & in suo genere adaequata) cessat effectus, cap. cum cessante, de Appellat. Quod ita fere explicat Glossa, citans variationem in capite. Post translationem, de Renunciat. verb. cessante, & notant Doctores in l. cum Pater, §. Dulcissimi. ff. de leg. 2. Sed in praesenti, causa est necessaria ad iustitiam tributi, ut dictum est; ergo illa cessante, cessat iustitia, & consequenter debet cessare tributum. Et confirmatur, quia si cessante causa tributum exigatur, iam plus exigitur, quam sit necessarium; ergo in eo non seruatur aequitas, nec iustitia, quia, ut diximus, proportio inter quantitatem tributi, & exigentiam causa est necessaria ad iustitiam tributi; ergo si causa sit perpetua, tributum poterit esse perpetuum, si autem sit causa temporalis, tributum debet etiam esse temporale, ita ut illa cessante, hoc etiam cesset.

Cessante causa cessant tributa.

Principes male gubernans tributa accipere non possunt.

Causa tamen iusta est, si consensu ad aerarium augendum vtilia sunt, eique inferuntur, nec alios in usus expenduntur, ideoque expedit omnium in conspectu inferri. Ita Aristoteles l. 5. Polit. c. 8. Ut neigatur aerarium compiletur, pecunia publica tradatur praesentibus ciuibz omnibus: & rationum exempla diligenter cum exemplati comparata, per curias & centurias & tribus distributa reponantur. Vt autem sine quaestu gerantur magistratus, ijs, quorum fides & industria in magistratu fuerit probata & spectata, honores oportet lege lata esse decretos. Iam vero in democratijs quidem, locupletibus parcendum est, non solum eorum fundis & praedijs, sed etiam fructibus non diuidendis viritum, atque ad alios transferendis: quod fit in nonnullis Reipub. ad ministranda formis, neque tamen animaduertitur.

Minuenda vbiq; tributa.

§. 21. Vltimum est, monere omnes, ut minimum tributorum accipiant: nam odio se grauant, mercimonia minuunt, agriculturam tollunt, preciarum, praesertim praediorum valde reddunt vilia. Et quamuis suada, & violentia armetur princeps, est tamen inexpugnabilis inopia. Imo libere clamat cum populo Rom. Diabolus auferat noua vectigalia, & auctores cum eis. Marcus Aurelius Antoninus cum vetusta oppida diruta cerneret, raras incolas, remissis vectigalibus omnia restituit. Quis nunc principum quattor, qui non plus fisco, quam iustitiae fauceat? Quam multi

Modus oppida restituendi.

Contra ho-
stem vix li-
benter con-
ferunt,
quanto mi-
nus prolu-
xu aulico.

Consilii te-
merarii
pena.

multi qui ararium faciunt spoliarium, & cruentarum praedarum receptaculum: Nunquam maius periculum, quam cum propter tributa tumultuatur ignobile vulgus. Romani Hannibale imminente tributa renuerunt, nec nisi Senatus exemplo Rempublicam iuuerunt, cum tamen necessitas praeculis esset, quanto magis si fastum aulicorum sustineri suis damnis intelligant, ut Carolo Sexto Parisiensis ciuitas obiicit: Achaeum tributis omnia exhaurientem Lydi suspenderunt. In gratiam vero eorum, qui nouos exigendi pecuniam, hoc est praedandi modos principibus suggerunt, adscribam ex Erasmo sane miserabilem, seu historiam, seu fabulam. Ostenditur, inquit, Lutetia in foro frumentario os cloacae, in qua sepeliri se iussit quidam, quem seropoenituit mali Consilij. Viderat Regem tristem & sollicitum: causa mororis erat angustia rei pecuniariae. Is quo Regem subleuaret, suaserit, ut ex minutis etiam rebus, quas rustici deferunt in urbem, vnum aut alterum aerum nummulum exigeret, idque in biennium duntaxat. Et cum viderent, ex eo in urbe frequentissima colligi pecunia vim non modicam, ad hoc exemplum plures exactioes excogitae sunt. Qui dederat Consilium, cum videret, se non idem auctoritatis habere in dissuadendo, quod habuerat in suadendo, in maximos animi moerores incidit, adeo, ut de salute quoque sua desperaret, & ut de seipso penas sumeret inconsulti Consilij, simulque moneret alios, ne ad eundem impingerent lapidem, testamento cauit, ut in ea cloaca sepeliretur, in quo totius illius fori sordes consueuerant, in quo manet etiamnum in hunc usque diem exactiois executio.

Chrysargy-
rum exige-
bant bene-
fii viri.

Sed haec parum mouent eos, quos auaritia obcaecauit, quicquid peruenirent demetia, ut fordidissimum lucrorum sint interdum administrum, Chrysargyrum, ut ait Cedrenus, pensio fuit talis, ut, quisque mendicis aut pauper, meretrix siue iam emerita, omnis seruus itemque libertus, inferrent in ararium pro vrina & stercore, iumentorum etiam & canum siue in agris, siue in oppidis habitarent. Et homines quidem vtriusque sexus numisma argenteum, equus, mulus, bove tantumdem, asinus, & canis, folles sex.

Nō possunt
rapacium
artes omnes
abscindi.

Sed tamen hoc munus colligendi tributi ambabant, non aliter quam militarem praefecturam, aut ciuilem Magistratum, ut Euagrius ait. Foricarios vocant eiusmodi conductores iuriconsulti. O quam nihil turpe putant, quibus opes imperant. Qui auaritia cecati sunt. Nunquam sua Luscinae decet cantio, nunquam illis auri cupidis obtentum, quasi praesidium regno quaeratur. Principes sua sponte rapaces & auidi, & qui Magistris non egerent, plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt. Verum cum omnia egerit Princeps, aliqua non omnia emendabit, multi in periculis apertis furandi, ad calliditatem, & imposturas animum conuertent.

CAPVT VIII.

Munera personalia non minus utilia tributo.

Opera vti-
les, si mode-
rata.

Opera pu-
blica.

§.1. Aliud genus tributi est, quod parum vilitatum, sed tamen vtilius est collatione pecuniariae. Nec admodum graue, si moderate adhibeatur. Nam opere non difficili efficiunt subditi, quod magno sumptu per conductos agendum esset. Maxime vilitata sunt opera. 1. Ut ad restauranda publica aedificia, arces, Xenodochia, Ecclesias, ad noua aedificanda cum opus est, materiam conuehant, quā in re videndum, ut in plures diuidatur labor. 2. Ut vias, ripas, pontes reparent. 3. Suis quique in ciuitatibus mœnia reficiant. 4. Syluam cedant. 5. Syluam plantent. 6. Agrum communem, seu Reipublicae colant. 6. Ad metalla adhiberi durum est, sed nihil obstat, ea quae faciliora sunt, imponere, ut terram, quae in superficie est, remouere.

§.2. Legitimae etiam harum impositionum, cum operae exiguntur, causae requiruntur, ut sint a legitimo principe, ex necessitate publica, sine grauiamine magno subditorum. Ius Regis ostendit Samuel maxime his in rebus. 1. Reg. 8. 11. Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & praecursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas, Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis. Seruos et vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & afinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Olim iure, seu potestate illa abusi sunt plurimi. Et hoc ipsum ius iniquum esse supra ostendi. Vbi sunt, inquam, ea opera plerique regum tyrannice, nec, quod sciam, quicquam Pharaonē superauit, nisi forte Romani, qui non modo filios Israel oppresserunt, sed Aegyptios quoque, nam Scilli pyramides extruere sunt coacti. Sed studiose hoc actum, ut res miraculi similis appareret.

Operum
duri exactio-
res.

Pharao o-
peribus af-
flicti.

Primo magnitudine ipsa, Pyramis fuit 80. iugera, ut refert Herodotus, Plinius, & Theodorus. Pyramis delirus Py-
asserunt trecenta & sexaginta hominum millia ad hoc opus
deputata fuisse, perfecti sexaginta annis viginti, ex saxis durissimis et
ternumque, permanens, dolatis tamen artificiosissime, licet dif-
ficile tractatu, & firmissime coagmentatis, quorum nullum
fuisse ait, minus triginta pedum, ex Arabicis montibus excisa,
& terra longo admodum itinere usque ad Nilum protracta, ibi-
que nauigis imposita, & ad montem Africum vecta: atque ibi-
dem in terra vndique arenosa exstructam. Vbi postea nulla neque
agris vestigia, neque casorum lapidum ramenta apparuerunt,
tandem ab ipsis Diis tanta moles congesta esset: in ea extru-
enda pecuniam pro apio, coepit & alio duntaxat expositam ad
mille & sexcenta talenta excessisse, quae efficiunt nonagies cen-
tena & sexaginta millia coronatorum. Herodotus literis Aegy-
ptiacis moli adscriptum esse tradit. In fundo tumuli esse, cui
moles hac tanta imposita sit, huic per fossam Nilum intro mis-
sum fuisse. Quartus à Cheope Rex Aegypti Aficis cupiens an-
tecessores rerum gestarum gloria antecellere, lateritiam con-
struxit Pyramidem, cuius lateri haec verba inscripta esse refertur
Herodotus. Ne me ceteris Pyramidibus compares, quae tantum
illis praecello, quantum Iupiter ceteris Diis. Nam fundum, La-
cus Conto verberantes, quod Luti conto adhaerebat, id colli-
gentes, me composuerunt, & in talem mensuram redegerunt.

Insanabilem
delirus Py-
ramidum.

Opus
hyli-

Peasiles horti Babylonis, muri que immensa magnitudinis indico opere facti sunt, quamuis innummerabilis multitudo seruientium in id coacta sit. De Nabuchodonosore enim dicitur, quod victis non aperuerit carcerem. Ille autem Babylonem ita amplauit, & munivit, ut extructor eius censeri posset. Fuit igitur olim prima pars tyrannidis premere operibus subiectos, & seruitorum instar laborum praestationes exigere. Atque in statua Nabuchodonosoriana Regnum Babylonicum est aureum, Persicum argenteum, Graecum aereum, Romanum ferreum. Non est inter Monarchias illa comparatio, ut Romanum tanto deterius sit Babylónico, quanto ferum est auro, nec illa quidem est distinctio inter Persicum & Babylonicum, quae inter aurum & argentum. Est enim decupla ut Pollux ex Menandro, & Ep. ad Commodum docet, vel duodecupla, ut Plato in Socrate, & ex 2. Reg. 24. & 1. Par. 21. vers. 24. & 25. probare conatur noster Villalpandus. At Babylonica Monarchia duodecim Graecis non potuit aequari. Praecipuum itaque fuit, in eo, quod in ratione regnandi, seu potestatis, maior, potentior, gloriosior, & quasi imperiosior esset Babylonica. Hoc autem in ea barbarie praecipue quaesitum est, non tam ut aurum colligerent, quam ut nationes seruientes habe-

Babylony-
rannice ex-
structa.

Argentum ad
aurum duo
decupla
proportio.

Leuiti-
operis
exigere